

ad turpe tamen pecuniae lucrum prorsus tendenti-  
bus, talibus quidem, quales nec ars illiberalis pa-  
tiatur, multo minus medica, quae quamlibet artem  
antecellit ratione, qua omne opus perficere tenetur,  
hacque sincera et purissima; etiam materia in qua  
versatur, qua est corpus humanum, quod multa  
alia antecellit, non solum concinnitate structuae,  
verum <sup>et</sup>iam alimento, educatione et ratione. Qui  
omnia magis ad gratiam aegrorum, in exhibendis  
tam alimentis quam medicamentis facere conantur,  
quam illis utilibus prodeesse: anteponentes igitur  
grata praetutilibus, multis placere, et hinc imperi-  
tiam suam occultare hoc modo student et usque ad  
servitium et famulatum valde inhoneste et illibe-  
raliter seipso conferunt, loco medicorum, servos  
se praebentes, noctu diuque aegrotorum lectis in-  
cubantes, non pro emolumento, sed ut prompti illis  
appareant, et sic nomen medicorum impetrerent.

§. 6. Vel imperitiam istam et ruditatem valde arti-  
ficiose aliquando dissimulant, modo silentio, modo  
vero rationibus probabilibus,